GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

que sentiunt. & idcirco permittunt decipi ut cadant etiam in mala que nesciunt. Id tamen decepti aliquando ad purgationem aliquando u ad ultionis incium fieri solet. Adducit autem consiliari os insultum finem. cum etiam bonum quibet non bona intentione faciunt. si ad temporalis muneris retributionem tendunt. Si enim summi patris unigenitus quia phoc quod factus est homo eterna nuntiauit. magni consilii angls uocatus est. recte consiliari os predicatores accipimus. qui suis auditoribus consilium uite prebent. Sed cum predicator quisq; ideo eterna predicat. ut temporalia lucra consequatur. profecto in stultum finem deducit. quia illuc plaborem tendit. unde pmentis rectitudinem fugere debuit. Bene autem subdit. & iudices in stuporem. omnis enim qui examinandis aliorum moribus presunt. recte iudices uocantur. si cum is qui preest subiectorum uitam nequaquam sollicite discutit. nec quem qualiter corrigat agnoscit. in stuporem iudex deductus est. quia qui iudicare mala acta debuit. nequaquam ea que iudicanda s deprehendit. SEQVIT. Baltheum regum dissoluet. & pcinget fune renes eorum. Qui membrorum suorum motus bene regere scuit. non immerito reges uocantur. Sed cum de ipsa continentia elatione mens tangitur. plerumq; omnipotens ds eius superbiam deserens. hanc in immunditiam opis cadere permittit. Regum itaq; baltheum dissoluit. quando in his qui bene regere sua membra uidebant. ppter elationis culpam castitatis cingulum destruit. Quid u in fune accipitur. nisi peccatum. Sicut psalmonem dicit. Iniquitates suae capiunt impium. & funibus peccatorum suorum constringitur. Et quia in rebus carnis delectatio principatur. districtus conscientiarum iudex qui regum baltheum dissoluit. & pcingit fune renes eorum. quatenus dissoluto castitatis cingulo. scilicet ut eorum membrorum delectatio peccati dinetur. ut quos in occulto superbia inquinat. qm sint detestabiles etiam in publico ostendat. SEQVIT. Ducit sacerdotes in gloriosos. & optimates eorum supplantat. Magna sacerdotis gia est. recte iudo subditorum. Unde bene egregius pdicator. discipulis dicit. Quae enim mia spes aut gaudium. aut corona gie. nonne uos ante dnm. Sed cum sacerdotes uitam discipulorum negligunt. & nullum de eorum pfectibus ante omnium fructum ferunt. qd aliud qm in gloriis dicunt. Quia ante districtum iudicem numerum giarum tunc non inuenuunt. qm in subditorum suorum moribus pdicationis studio non exquirunt. Bene autem dicit. & optimates supplantat. quia eiusmentem regentium iusto iudicio deserit. hec uiteternum retributionis premium non requirunt. Et in eo supplantatur quo fallitur. in pcterna gia de principatu